

157

252.

COLOSSUS
VIRTUTIS CORONATÆ
V I R O

PLURIMUM REVERENDO AMPLISSIMO ATQVE PRÆCLARISSIMO

DN. PAULO PHI-
LIPPO RÖBERO,

AD D. JACOBI APUD FREIBERGENSES
PASTORI UT FIDELISSIMO ITA DIGNISSIMO

Cum
*In Celeberrimâ ad Albim Academiâ
Indultu*

Venerandæ Facultatis Theologicæ

Solenni disputatione
*Inter votivos Amplissimorum Virorum applausus
defungeretur*

pro
DOCTORALI LICENTIA

Bonæ Scævæ faustæq; gratulationis causa
erectus

ab
EXCELLENTISSIMI DN. DOCT. QVENSTEDII
CONVICTORIBUS

*Ipsa solennitatis die 4. Julii
ANNO 1671.*



Witteberga, Excudebat Johannes Hake.

155.

365
S Alve Thespiadum Decus, & venerabile Lumen
Salve, TE multum salvereq; LEUCORIS ALMA
Nostra jubet RÖBERE; Tibi quæ primula vitæ
Stamina concessit, niveasq; recepit in ulnas,
Et postquam sacro lotus baptismo, Christo
Sacrauit, primamq; simul cum lacte juventam
Nutrivitq; piis epulis & dogmata verbi
Salvifici inflavit, sugenti largiter ori,
Et teneros sensim pulcris virtutibus annos
Formavit felix, felix quoque crevit iisdem
Tempore RÖBERUS; Nec recta monentibus asper
Indomito collo rigidas excusit habenas,
Vel ruit in vitium præceps, ut degener esset
Præclaro Generi probro Patriq; pudori:
Sed veluti si molle solum Bacchaia vitis
Nacta sit, obtuitu si Phoebi utatur amoeno,
Ducit opes, & vi capit incrementa, benigna
Jamq; plicat ramos, uvas jam sanguine sparsas
Pampineis foliorum umbrans amplectitur alis:
Non aliter Nostrum molli sub vere juventæ
Constat RÖBERUM crevisse, ut corporis artus
Sic quæ virtutes animi dotesq;ve colendas.
Cortenerum rexit pietas, laudataq; linguam
Vis reticens pudor & frontem, prudentia voces,
Ingenium excultum varia & doctrina salubris;
Hic Patris exemplo fovens in corde latentes

Igni

Igniculos laudis, virtutum, & semina veri
 Terruit à vitiis, quæ sensim prodere sese
 Consvêverunt ætate rudi,volvendo Sophorum
 Scripta terens, magno Musarum captus amore.
 Hinc amor, hinc tantū decus, hinc laus surgit Eidē
 Maxima, quàm felix nimium quem fata requirunt!
 Hinc FREIBERGA Virum vocat, avocat ipsa celebrē
 Inclytus hinc audit Custos venerabilis aræ
 Spargens salvifici coelestia dogmata verbi;
 Hoc vigiles curæ, hoc tanti meruere labores,
 Sudores tanti, quoniam TE provida Pallas
 Nutriit, à teneris dulci tua lacte rigarunt.
 Ora Deæ: Te non coeci contagia luxûs
 Desidiæ nullæ, non Te vesana libido
 Avertit, credo, circum præcordiâ triplex
 Æs Tibi Docte fuit, virtutum quippe coronâ
 Stipatus, meritò nil intentata reliquit.
 Virtus, auxilio solers INDUSTRIA Virgo
 Adfuit, ingenii mordaci perdere ferro (ademptū
 Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumē
 Quod verè legimus veteres dixisse Vacunam
 Quæ benè nocturnis vetuit pallefcere chartis
 Otia sed svasit, largo torgescere somno,
 Omnia quâq; soles laudis remorantia cursum
 Altâ temsistimente. Hinc quoque dona laborum
 Insuper ardoris, nunc præmia digna reportas,

DOCTORANDUS OVANS audis, Tibi gloria surgit
Maxima, ceu fas est, summi tribuuntur honores
Sacrae Theologiae, famae meruisse COLOSSUM
Perdecet: Et merito tantâ quia laude coruscas
Doctrinae, ut Te omnis Musarum turba stupefcat;
Ingenio excellis, nullis conatibus impar,
Et Tibi vis animi, Tibi gratia maxima linguae,
Eloquioq; vales, cum sanctum voce theatrum
Imples, veraciq; DEO plenissima fundis
Verba, pias flectens mirando robore mentes
RÖBERE; ut claro pariter cognomine signas;
Quod reliquum salvus vivas, vigeasq; precamur
Devotis inde usq; fibris magis omine fausto
Adspirent faustis coelestia sibila coeptis
Porro tuis petimus, largâ Tibi mentis acerrâ
Offerimus merito; Non hîc de nare caninâ
Littera nostra sonat, nec fert gravitate Maronem,
Omnia fluxerunt sinceri cordis abyfso.
Salve, & quæ paucis Tibi festinavimus horis,
Dum tuus ardentis, amor impulit, accipe vultu
Gaudenti, impensiq; favoris pignora cense.



COLOSSUS VIRTUTIS CORONATÆ

V I R O

PLURIMUM REVERENDO AMPLISSIMO ATQVE PRÆCLARISSIMO

DN. PAULO RÖEHL

LIPPO RÖEHL

AD D. JACOBI APUD E

PASTORI UT FIDELISSIMO IT

Cum

In Celeberrimâ ad Albim

Indultu

Venerandæ Facultatis

Solenni disputatio

Inter votivos Amplissimorum Vir
defungeretur

pro

DOCTORALI

Bonæ Scævæ faustæq; gratul
erectus

ab

EXCELLENTISSIMI DN. DOC

CONVICTOR

Ipso solennitatis die 4.

ANNO 1671.



Witteberga, Excudebat Joha

